



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Episcopi aluntur: isti enim dicuntur familiares Episcopi, ut dicunt Doctores apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 5. num. 7. quicquid dicit Vulp. d. cap. 41. n. 50.

11 Amplia 7. etiam in famulis, seu seruis ecclesiarum, quales sunt laici alicui ecclesia seruitio ab Episcopo ascripti c. continua 11. q. 1. c: ecclesiarum seruos 12. q. 2. Bellett. tit. de favor. cler. person. §. 2. num. 2

quales sunt etiam personae depuratae ab ordinario ad aliquod Hospitale eiusdem Episcopi auctoritate erectum Valas. consult. 105. num. 32. Carol. de Graff. eff. 1. n. 117.

12 quos refert Barbo. d. par. 2. all. 12. num. 40. ac pueri seruientes ecclesiæ in missis celebrandis glos. in ver. minores, & DD. in cap. 2. de for. compet. Vnde etiam in Regno

13 Neapolitano Clerici, vel Diaconi, quos vocant saluaticos, licet nullum habeant ordinem, nec habitum clericalem deferant, tamen quia sunt principaliter ascripti ecclesiæ seruitio, gaudent fori priuilegio, & immunitate ab oneribus personalibus durante corum seruitio, ut declarauit Sac. Congregatio approbante Greg. XV. 10. Kak. Junij 1623. ut refert Rics. in Prax. for. eccl. p. 4. ref. 130. qui ibidem

14 ref. 227. dicit, huiusmodi clericos non posse remoueri absque legitima causa; quemadmodum si Abbas absque causa remoueret Monachum à Prioratu manuali, posset idem Monachus implorare officium Superioris, nè remouetur arg. cap. ad h. e. c. ubi Doctores de offic. Vicar. possent autem remoueri, si essent criminosi, aut male

cōditionis, & fame: vel si per seip-
sos non inferirent, aut excede-
rent numerum præscriptum in d.
decreto Sac. Congregationis, ex quo
in Cathedralibus, seu Superiori-
ribus ecclesijs assumi possunt ad
summum quatuor: in collegiatis,
vel parochialibus duo: in alijs ve-
rò ecclesijs in quibus diuina cele-
brantur, si Episcopo videbitur,
vnus.

Obseruat rāmen idem Rics. in
Prax. vt supra par. 4. ref. 231. quod
licet criminosi eligi non possint
ad huiusmodi ecclesiarum seruitium ita prohibente sacra Con-
gregatione in dicto decreto: ni-
hilominus sufficeret, si tempore
electionis non essent amplius cri-
minosi, puta si tunc essent emen-
dati, & absoluti: quia sufficit,
quod qualitas requisita in actu
ad sit de tempore actus celebrati
I. Melaff. de Alim. & cib. ar. legat.

S V M M A R I V M.

- 1 Serui perpetui Clericorum gaudeant priuilegio fori.
- 2 Item vxor Presbyteri Græci.
- 3 Quando vxor Clerici latini gaudeat d. priuilegio.
- 4 Filii legitimi Clericorum viuēte patre fruuntur eodem priuilegio.
- 5 Ad Famulū temporales, vel con-
ductiū Clericorum gaudeant priuilegio fori.

CAP. IV.